



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputationes|| ROBERTI BELLAR-||MINI E SOCIETATE  
IESV,|| DE CONTROVERSIIS CHRISTIANAE|| FIDEI,  
ADVERSVS HVIVS TEM-||poris Hæreticos,||**

Tribus Tomis comprehensæ.||

De|| EXTREMA VNCTIO-||NE, ORDINE, ET MATRI-||MONIO.|| SINGVLIS LIBRIS  
EX-||PLICATA.||

**Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger>**

**Ingolstadii, [1599]**

**VD16 B 1607**

XI. De Ministro.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54104](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-54104)

Hæretici huius temporis, characterem præcipue negant. Volunt enim ministerium Ecclesiasticum esse simplex officium, quod possit dari, & auferri; proinde eras fieri laicos, qui sunt hodie ministri, vel Pastores. De qua re differuimus in disputatione de Sacramentis in genere, sufficiant nunc duo testimonia veterum.

CYPRIANVS in serm. de ablutione pedum: Nemo, iugavit, sacros ordines iterum renouat, &c. AVGVSTINVS lib. 2. contra epistolam Parmeniani, cap. 13. Utrumque, inquit, Sacramētum est, et quadam consecratione datur; illud cum baptizatur, istud cūm ordinatur. Ideo in Ecclesia Catholica virumque non licet iterare. & lib. de bono coniugali, cap. 14. Si fiat, inquit, Ordinatio Cleri ad plebem congregandum, etiam si plebi congregatio non subsequatur, manet tamen illius ordinatis Sacramentum Ordinationis, et si aliquacups quisq; ab officio remoueat, Sacramento Domini semel imposito non carebit, quamvis ad iudicium permanente. In simeone autem de gestis cum Emerito, ipsum etiam nomécharateris ponit, ob quem dicit non posse iterari Ordinationem. Vide etiam multa decreta de hac re, apud Gratianum, l. quæst. 7.

## CAPVT XI.

### De Ministro.

**D**E Ministro Ordinationis differuimus in disputatione de Sacramentis in genere. Res autem perspicua est, cūm nunquam Ecclesia agnouerit Presbyteros, vel Diaconos, nisi ab Episcopis ordinatos.

Vide Concilium Ancyranum, cap. 12. Antiochenum, cap. 10. Epiphanius hæres. 75. Damasum epist. 4. Hieronymum in epistola 85. ad Euagrium, Chrysostomum, Theodoretum, & alios in 3. & 4. caput, prioris, ad Timotheum.

2 : 2

CAPVT

